μηδὲπ' αὐτοσίν βεφθέντες τεύμα ἀρνεῖται,
συγμαλέσαι λέπτατα καμίνῳ μηλητῆρας.
σύντιτος δικηρος μάραγον τε Σταθερον, μηδὲ γ'
ἄβακτον

ΒΙΟΣ

ῳμόσημον· ὃς τῇ τέχνῃ πρᾶξα κακὰ περίτε
πιθεὶς πυράθεσκεν Σάματα, σὺν δὲ κάμινος
πάσσοις κοκκιδέις κοραμεῖσιν μέσει κεωκυσάντων.
ὡς γνάθος ἡ ωσείη βρύκει, βρύκοι δὲ κάμινος
πάντα ἐντοθ' ἀντὶ κοραμκίας λεπῆται πριοῦσαι
στῦρο, τὸν δὲ λίγην θυμάτην πολυφάρμακον εἴκει.
ἄγρια φάρμακα βάλλε, κάκος, λέπησί τε,
καὶ ἔργα.

στῦρο δὲ καὶ χείρων ἀγέτα πολέασ κευταύρους
ὅτιος ἱρακλείσις χείρας Φύλαρη, ὅιτε ἀπόλονται
τύπτοιεν τάσει ἔργα κακῶσ τύπτοι δὲ κάμινον
ἀντοί λέπιμώδοντας ὅργα περίτε.

Ἐκθίστα δὲ ὁρόσων ἀντῶν κακοθείμονας τέχνηι
ὅλη ἔχειν πάντας ταῦτα πᾶν δὲ πρόσωπον
Φλεγχείκις ὡς πάντες ἐπίσαντες ὄσμια περίτε.

Παραχειμάξων δὲ ἐν τῇ σάμῳ τῶν γυμνί^α
νίας προς πορεύομένος πρὸς τὰς ὀικείας τὰς
οὐλαμονεσάτας· ἐλάμβανε πάσιδην τὰς ἔπεια
τάσις, ἀκαλεῖται διέρεσθων. ὕδη γεννήσαντας

Ο ΜΗΡΟΥ

σὺ μ παρῆσται ἀεὶ τῶν τάκτων πινές τῶν ἐγχειρίων.

Δῶμα προστέλλεται πόμενος αὐθεός μέγα διαφένειν.

VOL 10

ὅς μέγα μὲν διώατζε μέσπε τὸ βρέμαδό λβιος αἰεὶ·
ἀνταράντακλίνεσθε θύραι. ταλαιρος οἵδε ξενιστή
πολλὸς σὺν ταλαύτῳ τῷ καταφοσούντι πεθαλῦα.
Ἐιρήνη τὸ ἀπεθέν, ὁ γε λόγος ἀγνεα μετὰ μὲν εἴη.

κορβαίη λόγοι εἰκατάκαρδδόσσοντες μάζα.
Τὸ ταυτόστοιο τὸ γανήκατά μετάστατο βάστετού μημηρο.
μημένοι λόγοις ζεξαταί ποστεσ ἐς τόστε λώμα.
ἀντὴ λόγοις φανίνοι ισὸν ἐπειδή λέκτρῳ Βεβαῖα.

νεῦμαί σοι νεῦμα ενιαύσιος, ὡς τε χελιδών.
Ἐτακτὸν προθύροιστ, καὶ εἰ μεν τοι δέσποσ, εἰ δὲ μη
δουχὸν τοι δέσποσ, οὐ μηδεικήσυτε ενθάλποντες.

Ησέρο λέταστε εν τῇ σάκμῃ, οὐδὲ πολὺ χρόνον τῶν πατέσιων, ὅτε ἀγείροσθε εν τῇ ἑορτῇ
τὸ ἀστόχωνος. ἀρχομενός λέταστε αροσ, ἐπειδή
χείρος ταλεῖγόμηρος εἰστὰς ἀθήνασ ἐκ τούτου

ΒΙΟΣ

μετά τοις μετά πιγονέργων απόηνε
 χθη εἰς τὴν ιον, οὐδεμίαθκαν οὐ κατὰ πόλιν
 ἀλλ᾽ ἐπ᾽ ἀκτῆσ. σωένη λὲ τῷ ὅμηρῷ κατὰ
 πόλιν πᾶρες αὐτούς μαλακῶς ἔχειν. ἐκβάς ἡ ἐκ
 τοῦ πλοίου, ἐκοιμᾶσθαι δικαὶον τούτοις αὖτας
 τοῖς ἔχειν. πλείστη λὲ ἡμέρας ὄρμούντων αὔτων
 οὐδὲ πλοίου καταβαίνοντες αὐτοὺς πιγονέργων ἐκ
 διπόλιος ἀπερχόλαξον πῆσαν τῷ ὅμηρῷ, καὶ
 ἐν θωράκιον αὐτὸν ἀκούοντες ἀυτῷ, τῷ γαλε
 ναυτέων, καὶ τῶν ἐκ τοῦ πόλιος πιγονέργων ποσ
 φά τῷ ὅμηρῷ κατέπλωσαν παιδεῖς ἀλιησόν
 τόντων, καὶ ἐκβάντες, ἐκ τοῦ ἀκατίσ προσελθόν
 τες ἀυτοῖς, τάστης τοι. ἀγαπώντες δέ
 κούσατε ἡμέρων ἀντίρρας δύναθε μιαργυρώναι, ἀλλ
 ἀντίρρηστοι πάρμη. καὶ πατῶν παρεόντων ἐκέν
 λανε λέγειν. οἱ λέπιτες πάντες ἡμέτεροι λορδοί,
 καπελίστοι. ἀλλήλοι μὲν, φέρομεν. οἱ δέ
 φαστροί μέτρων εἰσεῖν αὔτοῖς, ἀλλ᾽ εἴλομεν,

Ο ΜΗΡΟΥ

λιπόμεωθα. ἀλλ' ὅυχ' εἰλοιδόν, Φερόμεωθα. ὅν δη
ναμένων μὲν τῶν πρεσόντων γνῶναι τὰ σῆθεντα,
δικήσεντο ὁις πᾶσις ὅπα λιεύοντας, ὅντος εἰ-
δώλου πελέειν. καθίμενοι μὲν γῇ ἐφθερίζοντα.
Ἐποστις μὲν εἰλαβον τῶν Φερωνί, κατέλιπον. ὁ
στοις μὲν εἰλύναντο, ἐν δικτσάτω φέροντα. ὁ μέσος
μηροσ ἀκούσας ταῦτα, ἐλεξε τὰ εἴτε τάδε.
Τοίων γὰρ πατέρων οὐδὲ ματερῶν ἔκγειατε,
ὅυτε βαθυκλήρων, οὐτ' ἀπετεμῆλα νεμόντων

Εκ μὲν τὸν ἀδεγείας ταῦτας ρεύμην δινόμιον
τελευτήσας ἐν ιῷ, ὃν πᾶσα τομὴ γνῶναι τὸ πᾶσα
τῶν ποίων φίθια ὡς δίονταί πινθε, ἀλλὰ τῇ
μαλακίᾳ. τελευτήσας μὲν ἐν τῷ ιῷ ἀυτῷ ἐσ-
άκτῃ ἐτάφη καύστε τῶν συμπλεόντων αἱ τῶν πο-
λιτέων, ὅσοι ἐν θαλασσῇ ἐγένοντα ἀυτῷ, καὶ τοι-
τοι εἰλεγεῖσιν τόσες εἴσεγραψαν οὕτως ὑσερον χρόνῳ
πολλῷ, ωσδε ἡμικῆτε ποίησος οὐδεπεπτώκεε, καὶ
ἐθαυμάζοντο πάντας, ὅντες ὄμηρος ἐσίμη.

Ενθάδε

ΒΙΟΣ

Εγθάδε τὸν ἀδρὸν κεφαλὴν καὶ γυῖα καλύπτει
αὐτῷ πάντας ἀρσεοὺς κοσμήτορας θεῶν ὄμηρον·

Οπλένναίολεις ὄμηρος, καὶ οὐτε ἴσων, οὐτε
ἀνετείνεις, τοῖς τε ἐιρημένοις μετέλωται μοι, οὐ
λίκην τοῖς τε τεκμέρεσιν πέπεχει. ἀρμάτα ωσιν
τὸν τηλικοῦρον ἐικός θεῖ τῶν νομιμῶν τῶν πέπε
τοῖς αὐθρῷ ωσις παιώνυται ἐς τὸν ποίκιλην, οὐτε
τὰ κάλιστα μέτροντα πρίενι, οὐ τὰ ἐσυροῦ ποέ
μνια ἔοντας. οὐδὲ τοίνυν δέ εὐθέας ἀντοῖ τοῦ ἐπειδὴ^{τοῦ}
ἀκούοντες κελνεῖτε. ἕδρον τοῦ θρόνου, οὐ τὸν κρα-
τίσια μέτρον ἐποίησεν, οὐ τὸν ἐποντος πατέρα
προστίκασσεν. λέγει θρόνος.

Αὐτὸς δέ μὲν πρῶτος καὶ ἐσφαξαν τοὺς ἐλειράρη-
μηρούς τὸ μέτρον, κατὰς τε κυίας ἐκάλυψαν
διπλοχεῖ παιάνους τες, ἐπ' αὐτῷ δὲ ὁ μοδέτησαρ

Εγγύρις θεῖρος φύσεος ὀντὸν τοῖριται, οὐτοίσι
τὰ ιδρὰ χρέονται. μογώπετον θρόνον ἐπλήνωσε
πατελικὸν ἔσθος, ὃν κακέος φύει. Μηλοῖς δὲ τοῖς

R

Ο ΜΗΡΟΤ

Ἐν τοῖσι μαζίστησι, ὅταν αὐθεῖς ὡν τοῖς γόμοις τοῖσι θύταν ἔχειτο.

Καὶ εἰ μὲν χίρηστο γέρων, ἀλλὰ λέποπτον
λεῖβεν νέοι τὸ πῆδαν διηγον πυρώσολα χερσίν.

Αἰολέσσει γυναικῶν τὰ αὐλάχνα μὴν πάντες
δέειλῶν δέσμωσιν. οἱ δὲ ἄγραιοι ἐπαλισσεῖς, ἀλλὶ τριῶν.
καὶ τῇδε ὀνομάζονται οἱ αἰολεῖς τὰ πάντα,
πάντα. τὰ μὲν δὲ πέπλοι τὸ γένεσιος, καὶ τελε^{τῆσ},
καὶ τοῖς μεθάλωταί μοι. παλὶν λέππαί
καὶ φίδιόμηρα, ἐκ τῶν μὲν ἄντας ἐπασκεπτομένοι
ἀκειμῶσ, καὶ ὅρθῶσ λοπίζοντα. ἀπὸ γυναικῶν
ἴλιον σφατεῖας ἦν ἀγαμέμνενον, καὶ μηνέλαος καὶ
γερᾶν. ἐπεστητείσοντες τοῖς, οἱ τάκουτα, λέπ-
τοσ ὥκιδη κατὰ πάλεας, πρότερον ἐσῦγεται
λις. μετὰ λέπτοντος ὥκιδης σαντεστητείσοντες
τοῖς κόμη, ἀλοιῷπις, καὶ φίκωπος καλέει
μετηώκιδη. μετὰ λέπτης, ὥκιδης κατακλιθεῖσον
τεστητείσοντες σμύρνας ἔπειτα κατωφρίδη.

καὶ τότε

ΒΙΟΣ

καὶ ἐν τούτῳ γίνεται ὅμηρος. ἀφ' ὃυ λέσμηρος
ἐγένετο ἐπειδὴν ἔξακόσια ἑκατὸν μέχρι τοῦ ἔτεος
ἔτιον Λαζαρίστεως, ἦν σεατευσάμενος ἀδελφὸν τοῦ ἔτεος
ναστού, τοῦ ζεύξιος τοῦ ἐπικανονικοῦ μένει ἐκ τοῦ ἀσίας
ἐις τὴν βύρωτίαν. ἀπὸ τούτου ρήματίωσαν δὲ τοῦ ἀσιατικοῦ
τοῦ ζεύξιον τοῦ θεοῦ ἐπέλουπη ζητεῖν ἐκ τῶν ἀρχέντων
ζητεῖν ὅμηρος ἐπειδη τοῦτον τοῦ θεοῖς τοῖς πάτεροι γένεται
ἔξικοντακτώ.

ΤΕΛΟΣ.

R ii

VITA HO MERI, EX Herodoto.



Erodotus Halicarnaseus, cum quæreret quid cōstantissima fide dici posset de Homeri natib⁹, uita atq; ætate, hæc scripta reliquit.

Quondam, inquit, cū Aeolica illa Cuma ædificari coepta esset, cœlebres illuc cum ex uniuersa Græcia, tum quoq; ex Magnesia, atq; aliis nationibus conuentus fiebant. Quare & Melanopus quidam, qui a Crithone genus duxerat, homo ingenuus, licet pauper ac tenuis, eo se recepit. Qui deinde ibidem in matrimonium recepit filiam Honyretis, ex qua sustulit prolē fœmineam, quam Critheida nominauit. Non ita multo post ipse Melanopus una cum uxore sua apud superos esse desinit, filiā Cleanacti Argiuo, quo usus fuerat plurimum, commendat. Interiesto deinde tempore, compertum est ex clandestino concubitu uterū ferre Crithei da.

H O M E R I

da, idq; primo clam habitum est. Posteaq; uero palam fieri coepit, & animaduersum est Cleanacti, ipse propter oblatum uirgi ni uitium uehementer commotus, ac seor sum ad se uocata Critheide, acerrime cum ea expostulauit, obiiciens illi infamiæ ma culam, qua seq; suosq; cognatos afficeret, atq; huiusmodi demum de illa consilium capit. Aedificabant iam tum Cumani eam partem urbis, quæ sinus Mercurii diceba tur, in quodam recessu: qui cum & Smyr nam conderent, Theseus urbi nomé indi dit, nam sepulchrum suæ cōiugi cui Smyr na nomen erat, insigne eo in loco ædifica re decreuerat. Erat autē hic Theseus unus ex primoribus Thessaliae, qui Cumam cō diderunt, opibus & potētia facile primus, nam a diuite Admeto rem familiarē ual de lautam & splendidā habebat. Istuc Cle anax Critheida a se relegabat, commen dans eam Ismeniæ cuidam inter colonos, qui cum ipsi plurima intercedebat famili aritas. Interposito deinde temporis spacio cum Critheis iam uicina partui, cum cāte lis mulierculis ad festum quoddam solēne

V I T A

iaret, quod forte tum iuxta aminem Meles
ta celebrabatur, Homerum ibidem enixa
est, non illum quidem oculis captum, sed
probe uidentem, quem & Melesigenem a
flumine uocauit. Atq; haftenus apud Isme
niam permanxit: deinde uero ab illo di
gressa, suo sibi atq; puero labore coepit ui
ctum queritare, operamq; suam mercede
elocabat quibus potuit, puerum autem quan
tum per tenuitatem potuit, diligentissime
eruditiri curauit. Eo uero tempore Phemi
us quidam Smyrnæ agebat, a quo in pri
mis literarum elementis & re musica iuué
runt instituebatur: is quoniam cœlebs ui
titabat Critheida conduxit, ut sibi lanam
exerceret, quam mercedis loco a pueris ac
ceperat. Quod cum ipsa summo studio &
sedulitate ficeret, atq; alioqui uitam age
ret modeste ac pudice, ueheméter compla
cita est Phemio, & eam uerbis solicitare de
creuit, ut secum uicitaret, hisq; utebatur
ad hanc rem argumentis, quibus potissi
mum mulieris animum persuasum irispe
rabat. Nam puellum sibi adoptaturū pro
mittebat, educturumq; atq; habiturū pro
suo, ut

H O M E R I

suo, ut ita a se educatus atq; edocitus aliquo
in munere esset, uidebat enim in puerō in
genium egregium atq; optimam indolē:
persuasit ergo mulierculæ ut illud faceret
quod poposcerat. Puer autem quoniam
ingenio bono erat, ubi cultus & opera præ
ceptoris adcessit, breui tempore uehemen-
ter excelluit, adeo ut non ita multo post,
omnibus æqualibus suis superior esset, eos
que longo interuallo post se relinqueret.
Posteaquam uero ex ephœbis excessit, præ
ceptore suo in eruditione nihilo factus est
inferior: qui & moriens, bona sua Home-
ro reliquit omnia, neq; post illius mortem
diu superuixit Critheis, sed & ipsa e uiuis
decessit. Præceptor igitur suo Melesige-
nes successit in ludo, qui cum sui iuris iam
effectus esset, ita se gessit, ut oēs homines si-
bi conciliaret, utq; admirationi esset non
incolis modo & ciuib⁹ suis, sed & aliis om-
nibus, qui ex alienis regionibus in eum
locum frequentes confluebant. Erat e-
nim emporium Smyrna, quo semper uæ-
num aduehebatur frumentum ex omnibus

R. iii

V I T A

undiq; circumiacentibus terris. Mercatores ergo si quando eos facetas negotiorū aut operis ceperat, ubi ocio indulgere, ubi animum remittere & conquiescere uolebant, ad Melesigenem colligendi sui causa cōuolutabant. Inter quos & Mentes quidam erat nauclerus, qui ad frumentum de uchédum subinde ex Leucade Smyrnam nauigabar, homo ut tum erant tēpora ap prime doctus, & multarum rerū usu exercitus, is Melesigeni author fuit, ut reliquo Iudo secum nauigaret, accepta mercede & comeatu, & quibus opus fore uideretur in uia: operæ premium enim esse uirum iuuenem adhuc multa experiri, & uarias terras atq; ciuitates perlustrare. Et ipsum uerisimile est uel propter hāc causam ab hoc persuasum esse, nam fortasse iam tū ad poeticien animum adiecerat. Abdicata igitur docendi prouincia, in naui una cum Mente profectus est, & quoq; peruenit regiones ac terras, summo studio perspexit earumq; situs, naturas ac mores diligenter peruestigauit: neq; id dubium est, quin tabulas quoq; sibi confecerit, in quas ea retulerit

H O M E R I

Ierit quæ memoria digna uidebanſ. Quā itaq; redirent ex Tyrſenia & Iberia ad Itha-
cam curſum deflexerunt, ubi Meleſigenes
in aduersam ualetudinē coniectus, ex oculis quoq; uehementer laborare cœpit: quē,
ut curaretur & conualeſceret, Mentes qui
in Leucadem nauigare parabat, post se re-
liquit. Verum commendauit tamē Men-
tori, uiro inter Ithacenses ſibi amicifimo,
eumq; orauit, ut Meleſigenem interim
ſuo nomine quam benigniſſime tractareret,
donec ipſe reuersus, eum ſecum auehere
poſſet. Mentor itaq; hunc ægrotantē ſum-
mo ſtudio & benignitate curauit, nam &
fortunam habebat amplam ac ſplendidā,
& liberalitate ac hospitalitate inter Ithacen-
ſes in primis prædicabatur. Illic accidit
Homero, ut de rebus gestis Vlyffis perqui-
reret, & bona fide doceretur. Ithacenses co-
tendunt tum apud ſe excæcatū eſſe, at mea
quidē ſententia, tum conualuit, & poſtea
in Colophone hoc malum naſtus eſt, cu-
ius rei & Colophonii mihi teſtes existunt.
Porro autem cum Mentes ex Leucade na-
uigaret, ad Ithacam reuertiſſus, Meleſige-

R. v

V I T A

nem secū inde abduxit. Quem postq; satis
diu circumuexit, ad Colophonē demū ad
plicat, ubi tāto denuo morbo oculorū Me-
lesigenes laborare cœpit, ut nulla plane
spes cōualeſcendi reliqua eſſet, eo igitur in
loco uisum amittit, atq; ita deinde cæcus.
Smyrnam reuertif, ubi & ad ſcribēdū poe-
ma animū adplicat. Deinde uero cū illic
ſumma rerū inopia premeretur, decreuit
Cumā proficiſci, atq; inter eundū cū Her-
maz campos pertransiret, ad oppidū quod
dami peruenit, cui nomē erat Neotichū,
in quē locū paulo ante deduxerant coloniā
Cumani. Eſtq; oppidum illud octo annis
post Cumam extructū, ibidem cū ad cer-
donem quendam diuertifet, in ipſa offici-
nā cerdonis hosce uersiculos recitaffe ferſ.
Ne precor hospicio ciues excludite uestro
Sedibus errantē dubiis uiſtuq; carentem.
Ciues qui Cumæ ſublimia teſta tenetis,
Atq; urbē cui Sardene mōs imminet altus,
Quiq; undas bibitis liqdo q̄s flumie fūdit
Hermes, hūc natū ſibi Iuppiter ipſe fateſ.
Sub Sardene enim monte ſitum eſt op-
pidū illud, & amnis quē Hermem uocant,

H O M E R I

eo in loco præterfluit. Nomē uero cerdoni
ad quem primum diuerterat erat Tychio,
qui auditis uersibus , & cognita calamita-
te uiri, q̄ & cæcūs & inops erraret, miseri-
cordia motus, eum benigne recipere decre-
uit: iubet igit̄ intrare , rebusq; præsentibus
& tenuitate domus nō grauatim uti. At il-
le ingressus, ubi consedit, præsentibus etiā
aliis qbusdā, poemata a se cōdita exhibuit:
primū Amphiarai profectionē in Thebas,
deinde hymnos quos in laudē Deorū fece-
rat, in mediū proferebat, & ad uarios ser-
mones, qui ab assidentibus ultro citroq; ia-
stabant, ita cōmode & acite respondebat,
ut apud oēs a quibus audiebat, in magna es-
set admiratione. Interim uero dū illic egit,
ex poemate uictū habuit, & ciues Neothii
ostenderūt usq; ad hoc nostrū tépus locū ,
ubi solitus fuerit Homerus epidixin facere
sui poematis, summaq; locū religione ue-
nerant, & populus illic enata ex illo usq; té-
pore extare prædicat. Non ita multo post
inopia alimētorū adactus, Cumā profici-
cōstituit, quod illic facilius se aucturū spera-
bat. Et cum iam abiturus esset, hosce fecit
uersiculos.

V I T A

Nūc peto præclarā uenerandis ciuib. urbē
Quorum cōsiliis prudentia pectora p̄stant
Abiens igitur ex eo loco, Cumam uer-
sus, per Larissam iter fecit, q̄ ea uidebatur
commodissima futura profectio. Et ut fa-
ma est, apud Cumanos Phrygio regi Mi-
dæ Gordii filio Epigramma quoddā tum
fecit, inductus precibus sacerorum regis,
id quod in hunc usq; diem statuæ monu-
menti regii inscriptum est in hunc modū.
Virginis ora gero, solido cōflata metallo
Præsidiū formata Midæ custosq; sepulchri
Huc dulcis fluat unda, ferat quoq; terra ui-
rentes

Arborib⁹ syluas, & gramine uestiat agros
Ipseq; sol radiis lucebat & aurea Phœbe
Interim ego hic maneo, monumētaq; tri-
stia seruo.

Hoc bustū ut regis ex me sciat esse uiator.
Cum uero Meleogenes in cōuenticulis
seniorum passim adesset, poemata illis sua
exhibere solebat, atq; festiuitate & lepore
sermonis, uoluptati & admiratiōi erat om-
nibus. Qui cum uideret illis poema non
ingratum esse, magis ac magis sua eos cō-
suetudine

H O M E R I

suetudine pellexit. Ac postremo sermones etiam iniecit eis, si sibi uellent de publico alimenta præbere, carmine se urbem ipso rum nobilitaturū. Quod se senioribus qui eum audiebant, non indignum uidebaf, monebantq; ut ea de re apud Senatū ageret, se quoq; opera sua illi non defuturos. Ille consilio ipsorum obtéperauit, factoq; senatu in curiam se recipit, atq; apud prætorem perfecit, uti se admitti curaret, quod ille non grauatim suscepit. Cum itaq; tempus esset, hominem in senatum deduxit, qui in medio consistens, orationem habuit de præbendis sibi publice alimentis, id quod & ante in conuenticulis cum maiori bus natu agitauerat. Postq; uero finem dicens fecit, egressus est, & consedit: illi inter se deliberabant, quid hinc respōdere cōueniret, ubi cum is qui deduxerat eum in Senatum, faueret Homeri postulatis, tum omnes seniores quibus in conuenticulis auditus erat, in eandem concedebant sententiam. Vnum autem ferunt tantum, ab aliis diuersum sensisse, qui inter cetera sic dixisse fertur: Si animum induxissent Ho

V I T A

meros publico sumptu alere, futurum ut plurimum haberet negocii, & turba ipsis nutrienda foret & magna & inutilis. Atq; hic primū nomen Homerī sortitus est Melesigenes, nempe a calamitate. Cumāni eñ cæcos Homeros adpellare solent, idcirco tum quoq; qui prius erat Melesigenes, cœptus est Homerus nominari: cæterū inter peregrinos tamen & aduenas cū de illo incidit mentio non admodū conuenit. Vicit aut apud prætorē sententia illius senatoris, qui Homerū non alendum censuerat, quam & cæteri deinde sunt secuti. Prætor aut egressus, Homero rem omnem ordine narravit, & quid obstatisset postulationi, & quid per senatum decretum esset. Quo auditio Homerus, suam calamitatem dolens in hæc erupit carmina.

Hei mihi quo fato uoluit me Iuppiter uti,
Quē puero similē fecit, qui matris in ulnis
Gestit, & in primis ludit pueriliter annis.
Est urbs insignis quā Smyrnā noīe dicunt,
Aeoliæ posita in cāpis, hanc cōdere primū
Phriconis cœpit, duro gens aspera bello.
Et ualidis cinxit præclarām turribus urbē.

Qua

H O M E R I

Qua prope Neptunus uicinas alluit. oras.
Quaq; Meles fluui⁹ liqdis pterfluit undis.
Hac nuper Musæ ueniebant urbe relista,
Atq; aliam cantu terrâ celebrare uolebant,
At ciues decus hoc tantu^m uocéq; canoram
Neglexere, quibus mentē Saturnius ipse
Eripuit, dicent hos desipuisse minores
Si q; eis factu memorabit, & hæc mea fata
Quam sortē uero nobis turpēq; repulsam
Numina decernūt, aio tolerabim⁹ æquo.
Sed tū ex ista gressus remouebimus urbe
Et loca quærem⁹ aliena, domosq; remotas
Sic uisum est aio, sic mēs cōgesta poposcit.

Postea illinc discedēs, Cumanis hoc im-
precatus est, ne ullū unquam haberent Po-
etam, qui carmine ipsos nobilitare posset:
in Phocæam uero profectus, ad eundē mo-
dum ibi exhibito in conuenticulis poema-
te uisitauit. A gebat aut̄ illic eo tpe uir qui
dā Thestorides noie, hō improb⁹ & insyn-
cer⁹, q formādæ in primis elemētis pueri-
tiæ prouinciā suscepit, ille cognito poema-
te Homero sermōes iniecit, paratū esse se se
illi suppeditare sumptib⁹, subleuare neces-
sitatē quæ tum urgebat ipsum, si quidquid

V I T A

uersuum fecisset, & porro facturus erat, de
scriptum semper ad se perferret. Cui Ho-
merus cum magna laboraret rerum ino-
pia, ut esset unde uiueret, morem gerere
constituit. Interea igitur dum apud The-
storidem fuit, minorem illam Iliada fecit,
cuius hoc est initium.

Fata cano Troiæ miserâda feraeis equorū
Clade ubi m̄ltipli fortes cecidere pelasgi

Aliud quoq; poema ibi condidit, cui no-
men fecit Phocida, quod apud se elabora-
tum esse Phocenses afferunt. Verum The-
storides ubi Phocaida, & cætera omnia ab
Homero transcripsit, abitionem ex Pho-
cæa adornare cœpit, ut Homeri poemata
pro suis uenditaret. Curam igitur & studiū
quo prius prosecutus fuerat Homerum,
iam nonnihil remisit. Quod ubi sensit Ho-
merus, hos in illum fecit uersus.

Quāuis stultorū turba est nūerosa p orbē.
Thestoridæ tñ exuperat dementia cūctos.

Quum uero Thestorides ex Phocæa ab-
lisset, in Chium se recepit, ubi aperto lu-
do & exhibitis Homeri poematis tanquā
se authore factis: pariter & laudem sibi insi-
gnem

H O M E R I

gnem & rem familiarem cōparauit. Por
tū Homerus in Phocæa ad eundem mo
dum poemate sibi uictū quærebat, ut an
te facere cōsueuerat, uerum deinde haud
ita multo post, hoies quidā nō indocti, ex
Chio Phocæam perueniunt, qui cum au
dirēt ab Homero decantari poema, quod
iam ante in Chio Thestorida recitante au
dierant, dicebant sibi quoq; domi ludima
gistrum esse, qui eadem exhibere cū mag
no suo fructu soleat. Subsensit ilico Home
rus a Thestorida id fieri, summoq; studio
in Chium abire parauit: continuo igit ad
littus ubi statio erat nauium se recepit, uisu
rus sicubi nauis in Chium traiectura ades
set, nullam quidem inuenit quæ illo iter
haberet, uerum in Erythræam lignorum
deuehendorum gratia, erant, quæ abitio
nem adornabant. Visum est uero Home
rus nō incommodum fore, ut per Erythræ
am iter faceret. Adcessit itaq; ad nautas, &
ipso quam potuit diligentissime & multis
uerbis quibus persuasum iri sperabat, ora
uit, ut se quoq; in nauem reciperet, illi ue
ro facile exorati sunt, atq; hominem ad se

S

V I T A

Iusserunt ascendere. Qui cum ingressus est
& nautas collaudauit, assedit, atq; hæc se-
cit carmina.

Audi q; pelagus ualido Neptune tridenti
Imperioq; regis, spaciofaq; cultra Helicōis
Da p̄cor hic nautis redditū uētōsq; secūdos
Qui mihi sunt comites placidi nauisq; ma-
gistri.

At mihi da misero sacrā cōtingere terram
Aerius qua parte mimas ad sydera surgit
Inde hominis iusti me fac sucedere tectis
Ulcisciq; uirū qui me improbitate fefellit
Læxit & hospitiū sacra iura louēq; benignū
Soluētes illinc prospere in Erythræam
Traiciunt, ea nocte Homerus in nauī pno
Etabat, die uero sequenti exorato quodā e
nautis q; se duceret ad urbē prexit, quo cū
puenisset, terrāq; Erythræorū asperā ac pe-
trofam cognosceret, in hæc uerba prorupit
Terra ferox rerū quā disp̄are mūera fundis
Auspicio, fœlix aliis penitusq; benigna

Ast aliis es dura, ferox, inimicaq; prorsus.
Vt uero urbē est ingressus, sciscitari cœ-
pit, sicubi nauis in Chium profectionē pa-
ret, postea cui dā obuiā factus, qui eum ui-
derat in

H O M E R I

derat in Phocea, & ab eo salutatus, orauit
ut sibi in inquirēda naue auxilio esset, qua
in Chiū trāsucheref, nulla em̄ tum in por
tu erat, quæ illo profectura uidebāt. Est er
go ab illo deductus ad eum locū, quo nauī
gia sua pescatores subducere solebāt, ibi for
te quosdā inueniunt qui soluere parabant,
orat qui ducebat, ut hunc quoq; recipiat.
At illi neglecto ipso atq; relicto uela dabāt.
Tum hæc ab Homero carmina decantata
feruntur.

Infidi nautæ gens diris tristior ipsis
Sæua quib. ueluti mergis dāt æquora uictū
Si uobis nulla est hoīm reverentia cordi
At sperate Iouē summo q regnat olymbo,
Tristis em̄ uultus Iouis est, pœnæq; paratæ
His quib⁹ hospicii nō est pia tessera curæ.

Nautæ cū nauim in altū deduxissent, ad
uerso uéto oborto, in illud ipsum littus un
de soluerant, redire & Homerū secū recipere
coacti sunt, q cōmodū adhuc in littore se
dēs, ut reuersos cognouit, uos, inqt, hospi
tes tempestas aduersa corripuit, sed adhuc
me recipite, & secundo uento nauigabitis:
Pescatores autem pœnitentia dusti, q ante

V I T A

non receperissent, iam se illum admissuros,
si uelit, promittunt, qui ubi in nauim rece-
ptus est, denuo soluerunt. Atq; ita traiesto
æquore nauē in altero portu statuunt, por-
ro pescatores ad opus & labores suos cōuer-
tebantur. Homerus uero in littore noctem
ducebat, die sequenti cum iter solus face-
ret, errauit, & in campum qui Pinetū uoca-
tur, peruenit, illic ea nocte sub arbore pinu-
humi conquieuit, cum uero fructus pini,
quos quidam strobilos, quidam uero co-
nos uocant, super ipsum ex arbore decide-
rent, Homerus hos cecinit uersus.

Fundunt fructus alia magis arbore dulces
Quā fouet umbrosis fœlix in collibus Idā
Hinc ueniet ferrū Martis ualidaq; secures
His ubi consistet campis Cebrenia pubes.

Nam eo tempore Cebrenia cōdere atq;
colere adparabant Cumani iuxta Idā mon-
tem quo in loco ferrum nascebatur. Ho-
merus autem cum illinc abiturus surrexis-
set, secutus balatum caprarum, quæ forte
non procul ab eo loco pascebantur, ad ip-
sum gregem peruenit, canibus autem in
solentius allatrantibus, pastorū opem im-
plorauit,

H O M E R I

plorauit, ubi Glaucus (nam pastori id erat nomen) audita uoce propere adcurrit, canes auocat & arcet, ueheméter deinde admiratur, quo pacto aut unde uir cæcus nullo ductore ad ea loca peruererit, quidue desertos agros pererret. Adcedit deniq; & percontatur, quis nam sit, & quamobrem in solitudine ista & inuiis campis uagetur, quid sibi uelit, aut quid querat. At Homerus omnem illi infœlicitatē suam & ærumnas enarrauit ordine, hominemq; ad mise ricordiam flexit, fuit enim Glaucus, ut ad paret, homo non inhumanus plane nec barbarus, recipit igitur egenum, deducitq; in caprile, quod forte ibi in campo habebat, & igne excitato, coenam adparauit, cibosq; adposito, Homerum ad comedendū est exhortatus, canes uero cum non comedent & allatrarent comedenti, Homerus ad Glaucum his uerbis locutus est.

Glauce p̄cor paucis me audi uerbisq; peto,
Præ forib. stabuli canib. sua fercula primū
Factradas, nam sic melius, custodibus illis
Nec fera nec fures uenient ad septa dolosi.

His auditis Glaucus, admonitioni ob-

V I T A

temperauit, miratus interim hominis ingenii. Porro inter coenandum cum sermones ultro citroq; cederent, Homerus enarrauit quo pacto hinc inde errasset, quasq; ciuitates, & quæ loca adiisset. Quæ cù audiret Glaucus, rei nouitate perculsus, præ admiratione plane obstupuit, interea quiescendi tempus aduenit, Homerus autem illic se quieti dedit. Postero die Glaucus creuit ad herum suum proficiisci, narratus illi de Homero quem hospicio receperat, gregis igitur curam conseruo mandat, Homerum interim manere iubet, dum revertatur, dicit se celerrime iturum. Bolis sum uero (qui locus non multum ab agro illo) ingressus, dominum ilico adiit, rem ordine narrauit omnem, inquit, uitrum a se hospitio receptum, ad cuius ingenium & sermones obstupuerit, rogat simul quid sibi porro de illo faciendum censeat. Herus uerba hæc paruipedebat, & serum obiurgabat tanquam crassum ac stupidum, qui reciperet & aleret caecos quosq; & nihili homines ueru, tamen hospitè ad se perduci iubebat. Glaucus igitur reuersus Homero

H O M E R I

mero narrat herū flagitare, ut ad se ueniat,
iubetq; ut faciat, nō em̄ inutile id fore for-
tunis illi⁹: at ille facile obtemperauit, Glau-
eus igitur eum ad herū perduxit, qui ut ex
sermone eius cōperit eum uirū esse bonū
& prudentē, uerbis eum solicitare cōcepit, ut
apud se maneret, liberos se illi suos formā-
dos traditurum, habebat enim ille Chius
filios adolescentes, quibus opus erat præce-
ptore. Ille uero eam prouinciam suscepit,
ibiq; Cercopas, Batrachomyomachian &
Epicichlidias, & quidquid est ludicrorum
Homeri, fecit. Quamobrē & in urbe iam
inclarescere cōcepit, & in dies latius de illo
fama promanabat. Thestorides autē postq;
Homerum adesse resciuit, fugam adorna-
uit, illico Chiumq; deseruit. Exacto dein
de tempore Homerus a Chio impetravit,
ut sibi cum uolūtate illius ad urbem abire
liceret, quo cum peruenit, ludum aperuit,
& formandis pueris operam dedit, quibus
sua poemata discenda proponere solebat.
Breui deinde tempore plurimum fauoris
sibi conciliauit apud Chios, quibus bonus
pariter & admiratio di... is est uisus,

V I T A

unde & uistum sufficientem sibi parauit,
duxit deinde uxorem , ex qua duas sustulit
filias, quarum altera innupta e uiuis dece-
sit, alteram uni tradidit ex ciuibus Chiis.
Cum uero iam animum ad scribendū poe-
ma ad pulisset, occasionem sibi ostentatam
ratus , qua gratificari, & uicissim beneface-
re iis liceret, a quibus benigne acceptus fu-
erat , eorum nomina in poemate nobilita-
re decreuit. Hanc igitur gratiam primum
reddidit Mentor Ithacensi , cuius benigni-
tatem expertus erat, cum infirma ualetudi-
ne laboraret in Ithaca . Quapropter eum
opportune in odyssea adhibuit , ubi sociū
fecit & amicum Vlyssis , cui ab Vlysse iam
expeditionem ad Troiam instruente fami-
lia tota commissa atq; concredita sit , tanq;
uiro inter Ithacenses longe omnium opti-
mo atq; integerrimo. Præterea & alibi illū
adducit , ubi scribit Palladem personam
Mentoris induere solitam , si quādo alicui
colloqui paret inter Ithacenses . Item Phe-
mio præceptorí suo nutricationis & doctri-
næ præmiū reddidit in Odyssea his uerbis.
Iaq; aderat pco , citharamq; ferebat ad illā
Phemius

H O M E R I

Phemius accepit, quo non p̄stantior alter
Prædulci mentes humanas flectere cantu.

E T R V R S V M.

Hic bene pulsatis prælusit pollice neruis

Porro Nauckeri quoq; illius Mentæ qui
cum circuictus urbes uiderat & regiones
mentionem facit in his uersibus.

Mentes Anchiali bellacis glorior esse

Filius at Taphiis solertis impero nautis.

Reddidit etiā gratiā Tychio cerdoni , a
quo hospitio receptus fuerat, cum in Neo
tichū ueniēs ad officinam eius primum di
uertisset, quapropter ipsum in his uersi
bus Iliadi admiscet.

Instar erat turris clypeus quē marti⁹ Ajax
Gestabat ueniēs, ferri graue pondus & ariſ
Atq; boum septē durissima tergora, at illū
Fecerat artificū Tychius doctissimus olim

Poemate igitur suo inclarescere coepit,
non in Ionibus modo, uerum etiam in ali
is Græciae fere totius populis, famaq; de eo
iam spargebatur insignis, adeo ut ipso in
Chio agente celebres illuc conuentus fie
rent, multis uiuendi Homeri gratiam un
diq; confluentibus, Consulebant autē plaz

S v

V I T A

riq; ut in Græciam se reciperet, ad quod cō filium animum adiecit, ac toto animo in Græciam proficisci concupiuit. Carterum cum uideret Argos doctorum hominum scriptis & laudibus uehementer esse cele bratum, Athenas autem non adeo, princi pem Atheniensium Erechthea fecit in Ilia de maiori, eumq; insigni laude celebravit in nauiu catalogo, ubi hæc sunt carmina. Adfuit & popul⁹ cui rex i signis Erechthe⁹ Hūc aluit quondā Pallas Ioue nata supmo Sed genuit frugum donatrix in dylta tellus

Præterea & ducem eorum Menesthea multo omniū præstantissimū prædicauit instruendis tum equitibus, tum pedestrib. copiis, de quo hi uersus extant.
Dux erat his Petei soboles p̄clarā Mene stheus

Quo nemo melior uiuebat i agmīe Graiū Seu ualidas peditum seu equitum compo nere turmas.

Porro Aiacē Telamonium & Salaminios quorū ille princeps erat, in catalogo nauiu adiungit Atheniensibus, ubi sic dicit.
Eis sex ducebat nauē. Telamonius Ajax

Quas

H O M E R I

Quas ad Cecropidū subducūt ordie classem

Deniq; in odyssea scribit Mineruam post
habitū cū Vlysse colloquiū, Athenas se reci-
pere tāq; in urbē sibi p;cæteris oib; dilectā.
At Palles Marathona petit spacioſaq; capi
Iugera Cecropidū regisq; altissima testa.

Hæc ubi poemati affinxit, ipsumq; ab-
soluit, nauī cōscensa in Græciam traicere
parauit, inter nauigandum uero cū Græci-
am petet, primū Samo applicat, ubi for-
te eisdē diebus festa peragebanf, quæ uul-
go Apaturia dicuntur. Inter Samios uero
quidam Homerū uidit, qui prius in Chio
cognouerat, ille continuo ad tribules suos
abit, Homerum adesse memorat: narrat
simul quantus uir sit, & quantis honori-
bus dignus. Illi hoc auditio, hominem ad
se perduci postulant: hic uero se Homero
obuiam ferens, hospes, inquit, Apaturia
hodie hic sunt, rogan se tribules nostri, ut
una adsis in festo. Homerus facturū rece-
pit, abiitq; cū illo, uerum inter eundū for-
te incidit in mulierculas quasdam quæ Ce-
rei sacrum faciebant in triuio, quæ cū cō-
spexisset Sacrifica: uir, inqt, facesse a sacris.

V I T A

Quo sermone commotus Homerus, roga
bat ductorem, quidnam sibi hic sermo uel
let, ille uero, mulier, inquit, est quæ Ce
rei hoc in loco sacrificat, tunc Homerus
hæc cecinit carmina.

Audi flava Ceres p̄cor hoc mihi p̄fice uotū
Hanc nunq̄ iuueni matronā iunge marito
Sed tremulo sit nupta seni, cui uertice cani
Fundunt crines gelida superante senecta
Is cupiat tantum effœto nil corpore possit.

Vbi uero ad domum publicam quo in
loco conuiuabantur, peruenit, in limine
Ipsò constitit, & ut prædicant alii, accēso
jam igne hæc decantauit. Alii uero postea
accendi coeptum, quando ille caneret hæc
carmina.

Sunt patri dulces nati præclara corona
Vrbibus aeriae turre, æquataq; cælo
Mœnia, sed cāpo dec⁹ est certamē equorū
Rex uero august⁹ celebris quū cōtio sedit
Exornat populū uultu uenerandus & ore
At larib⁹ lucens focus est ornatus & ignis.

Ingressus deinde accubuit, & cōuiuatus
est cum tribulibus, apud quos & in magno
honore atq; admiratione fuit. Porro cum
nox

H O M E R I

nox superuenisset, eodem in loco se quieti dedit, postridie cum forte caminum prae teriret, qui impletus uasis fistilibus tum co modum accendebat, figuli Homericum ad se aduocabant, & quoniam hominem audierant esse doctum, instare cœperunt, ut aliquid caneret, se mercedem datus uas fistile, aut quidquid tandem haberent Cecinit igitur eis hos uersus qui Caminus uocantur.

C A M I N V S H O M E R I

Si mihi mercede dabitis figuli ista canem⁹
Huc ades o Pallas dextraqe foueto caminū
Pulchre ut durescant calices & mollia cūcta
Siccenfqe probe & figulis lucra magna re portent

Vendita, perqe forum multa & per comp̄ta multa

Sic illis quæstus crescat, prudentia nobis
At si deposito iuuat irridere pudore
Huc procor ut pestes ueniāt quuncp per orbē
Graffantur, fundant & in hunc mala cuncta caminum

Cōtere tu Pallas flammāqe & uasa camini
Ille licet rapido multū nunc ferueat æstu

V I T A

Insup Omodamū perdas qui dāna dat artī
 Omnia misceto fornacem uasa domumq;
 Ut fragor immēsus fiat figuliq; tremiscat,
 Nō secus ac malæ crepitū claudunt eqnæ,
 Sic subita fornax crepitetq; cadatq; ruina
 Inq; lutum redeant calices & uasa minuta
 Huc quoq; solis ades nata incantare perita
 Inq; ipsos & opus tua noxia sparge uenena
 Huc ducat lōgo centauros agmine Chirō,
 Quiq; manu Herculea cecidere supq; fuit
 Illi cōtūdant opus omne, ipsumq; caminū
 In nihilū penitus redigat, figuli ista uidētes
 Plorēt & lachrymis spectēt ingētia damna.
 Improbatis ego spectabo hæc p̄mia lāt⁹
 Deniq; qui pronus fornacem respicit illi
 Flāma uorax faciē rapiat, penitusq; perurat
 Sic scelus agnoscēt oēs, atq; inde cauebūt.

Hybernans aut in Samo in festo Neome
 niarum ad ædes locupletiorū ordine ibat,
 atq; munuscula colligens, occinebat hæc
 carmina quæ græcis ἐρεσούν vocantur: ci
 uium uero liberi frequētes circum ipsum
 erant atq; eum ducebant.

Venimus ad magnas ædes ciuēq; potentē
 Cuius diuitiis resonat domus atq; redūdat
 Vos

H O M E R I

Vos aditū præbetē fores fœliciter intrent.
Diuitiae & reges hilaris charitesq; sequant,
Vasa opib.tumeant,nihil hic uideat inane
Sintq; laboratæ Cereris repleta canistra
Excelso curru mirus hic portetur, & ipsam
Veloci cursu reuehant ad limina muli.
Hæc premat electrum pedibus, telaq; la-
boret.

Ast ego uos repetam, repetam profecto
quotannis

Non secus atq; redit sub tectū garrula Pro-
gne

Assum⁹ in porta seu munera ferre placebit
Seu nihil , est tñ hinc abeūdi certa uolūtas
Non etenim hic habitare diu nec adesse
putamus .

Decantata autē sunt hæc in Samo longo
deinde tempore a pueris , qui munera col-
ligeabant ex more ad festum Apollinis.Por-
to sub initiu ueris Homer⁹,quēadmodū fa-
cere decreuerat,e Samo Athenas nauigare
instituit , cū quibusdā igit̄ ei⁹ terræ incolis
nauē ingressus , in Ium uect⁹ est, quo cū ad
pulissent,nō ad urbē , sed ad portū quēdam
ubi commodū uidebat , nauē subduxerūt.

V I T A

Illic Homerus qui ante ex ualetudine aduersa laborare cœperat, in littore decubuit, male uero se habens & uiribus propter morbum plane destitutus. Nautæ conclusi tempestate diebus aliquot illic detinebatur, interea semper aliqui ex urbe animi causa ad Homerum ueniebant, quos ille omnes sermone in sui admirationem pertraxit. Cū uero plæriq; tum ex nautis tum quoq; ex oppidanis apud Homérum adfissent, pectorum pueri cum canna cōmodum ad eundem locum adpulerunt, qui mox ut egressi sunt, recta ad illos accedentes ita dixerūt, Audite hospites num quod uobis proponemus ænigma nobis explicabitis. Quidam uero ex assidentibus ut proponerent si quid haberent, iussit. Proposunt ergo, Quidquid cœpimus, abiecimus, quidquid uero non cœpimus, nobis cum asportamus. Alii dicunt uersum propositum fuisse in hunc modum.
Quod captum est periit, sed quæ non cœpimus adsunt.

Illi ordine dicere iussi, quim quid sibi uellent, coniicere non possent, pueri ipsi sic sunt

H O M E R I

Sic sunt interpretati. Piscatū egressi operā
Iusimus, uerū cū deinde pediculos uenari
Instituissimus, quidquid illorū prehendi-
mus, in mare abiecimus, qui uero reliqui
fuere, eos domū nobiscum portamus. Quo
audito, Homerus hoc distichon fecit.

Qui uos o pueri tales genuere parentes
Certe non humili penitus nec sorte suῆma

Homerum uero ex ægritudine illa de-
inde mors est consecuta, non qænigma
puerorum aperire nō potuerit, ut opinan-
tur aliqui, sed morbo ipso cōsumptus. Qui
postq; exhalauit animam, a nautis & his
quos alloquendi & audiēdi eo pertraxerat
cupiditas, in eodē littore sepultus est. Jen-
ses uero multo post tépore, cū iam poema
Homericū late diuulgatū magnifice pro-
baretur, hocce elegidion sepulchro eius
adscriperunt, nō enim ipsius Homeri est.
Hic sacrū terra caput occultatur Homeri
Qui canere Heroū præstātia facta solebat.

Cæterū ex scriptis Homeri facile est con-
iecturam capere, eum nec Jensem nec Do-
rem, sed Aeolicū fuisse. Nam dubium nō
est quin hic Poeta cū imaginē humanorū

T

morū & rituum exprimere in animum induxisset, eos potissimum secutus sit, quos uel pulcherrimos iudicarit uel certe patrī os. Iam itaq; hoc ipsum ex poemate diuidat, in describendo enim sacrificio aut optimum profecto ritum, aut patriæ suæ peculiarem obseruauit. Sic uero inquit.
Principio retroq; trahunt, mactantq; iuuenços

Hinc mox detractis nudantur pellib. ossa
Deinde alii carnes refecant nidoreq; cōdūt
Ordo duplex aderat super hæc quoq; crux
da reponunt

Vides hic ut de libus nihil dicat, quibus tamē in sacris uti mos est reliquis omnibus, nam inter Græcos soli Aeolici ea nō cremāt. Indicat uero & hisce quæ sequuntur uersibus Aeolicū esse sese, eorumq; ritibus potissimum instructum. Nam ita dicit Hæc pater imponit flāmæ uiniq; rūbentis Munera cœlicolis libat, uenit agmīe lāto Ordine quintuplici gestans uerna inclyta pubes.

Hic mos uero apud solos Aeolicos est, ut intestina uerubus quinq; affixa torreant.
Reliqui

H O M E R I

Reliqui Graci tribus tantum ad id utuntur, ~~τίνεται~~ uero ab Aeolicis ~~ταῦτα~~ effertur. Haec sunt propemodum quæ mihi de natuitate, uita atq; interitu Homeri cōstant. Cæterum quo tempore uixerit, ex his colligere cuilibet, non est difficile. Nam post expeditionē in Trojanos ab Agamemnone & Menelao excitatam centum triginta annis Lesbos ciuitatibus incoli cœpta est, ubi nullæ prius erant ciuitates. Post annos deinde uiginti Cumæ quæ Aeolica & Phrytonia dicitur, instituta est ædificari. Post Cumam cōditam annis octodecim Smyrnam condere cœperunt Cumani, quo tempore Homerus quoq; natus est. Post natū Homerum sunt anni sexcenti uiginti duo ad Xerxis usq; expeditionem, qua bellum Græciæ faciens superato Hellesponto ex Asia in Europam traiecit. Hinc facile est supputare tempus, si quis nosse uolet, obseruato tantum ordine Magistratuū Atheniensium. Post bellum uero Trojanum natus est Homerus annis centum sexaginta octo.

F I N I S

T ii

LVCIANI
CUPIDO.

Τί πότε ὁ Ερωτ, τὸ μὲν ἄλλας θεοὺς καὶ
τηγνήσια ἀπαντάς, τὸν δέ τον πασθεῖν
βούλαντο, τὸν Ηραν, ἐμὲ τὸν μητέρα, μόνης
λέαδε χιθρίαθνασ, οὐδὲ ἐκείνης ἀπυρθ
μενοῖσι οὐ λάσ, κενὴ δὲ τῶν Φαρέτρα, σὺ λέ
ατοξοσ εἰ καὶ ατοχοσ. Ερ. οὐδίας ὁ μῆτερ αὐτ
τὸν, φοβορὰ γέροντί, καὶ χροπή, καὶ λεινωσαὶ
θρική. οὐ πόταν δὲ ἐντριάμβοις τόξον ἰῷ ἐσ
αυτὸν, ἐποιέασε δὲ λόφου, ἐκ τολήτερε με, το
πότεροις γίνομαι. καὶ ἀταρρεῖ με τὰ τοξεύμα
τα ἐκ τῶν χειρῶν. ΑΦρ. οὐ ληκτὸν φοβορά
τερος οὐ, καὶ ὅμως ἀφώτιστας ἀνθρώποις, τοι νεύ
κικας. Ερ. ἄλλος ἐκείνος ἐκῶν προσείται με,
καὶ προσκαλεῖται. οὐδὲν λέπει, οὐ φοράται ἀει
καὶ ποτε, ἐγὼ μὲν ἄλλως πάντας, τολκοῖοι
ἐχω τὸν λαμπάσθε, οὐδὲ, οὐ μοι πρόσθι φησί, οὐ

τὸν πότε

τὸν πατέρα, οὗτος δημόσιος σὲ μακτείρασσε, ἢ τοι
διδάσκαλος λαζαρίνη, οὐδὲ τὸν τάχις παρουσιώντα λόγον
απειλεῖς, ἀλλὰ μάκαρας απειλεῖς μαφθεῖς = πατέρα
ταιριῶντας ἡδείληστος, οὐδὲ ὅρκον δημιουροῦ, οὐδὲ τοσού
επονέχει πρόσωπον προβορόν, ἐχίλιοις κα-
τάκομον, οὐδὲ γένος μάλιστα μέστα, μορμολύτῃ
του γάρ με, καὶ φεύγω ὅταν ἴσθι ἀντό. Αφρ.
ἀλλὰ τὴν μὲν ἀθηναῖν μέμαξε ὥστε φῆς, καὶ τὴν
προρόνα, καὶ ταῦτα μὴ φοβηθείσας τὸν κραυγόν τη
μίδσ, αἱ μοῦσαι ἢ τίσαι ἀρρωτοῖ, οὐδὲ βελῶν
ἴστην, ἢ κακεῖναι λόφος ἐπασέοισθ, καὶ γερρόνας
προφανύνσει; Ερ. αὐδοῦματι ἀντάσσω μάκτερ
σημναῖς γάρ εἰσι, καὶ ἀεὶ τὶ φοντίζονται, καὶ παντὶ^τ
ῷ μὴν ἐχόνται. καὶ ἔγω πρέστομα ταπείλακισ ἀν-
ταῖς, κυλούμενος ἄστρος μέλος. Αφρ. ἐκ τη
ταῦτας, ὅπερ σημνά, τὸν ἢ Αρτεμιν τίνος ἔνεκας
ὄν περιώσκεισ; Ερ. τὸ μὲν ὄλον, ὃντες κατα-
λαβεῖν ἀντὴν ὅιόν τε, φεύγουσαν ἀεὶ σχέτων

δρῶν έιτε καὶ ἴλον πύρα ἔρωτας ἐμή ἔρξ. ΛΦρ.
πίνοσ ς τέκυον; Ερ. Θύραση ἐλάφων, καὶ νε
ζρῶν, αὔρειντε διώκσον, καὶ κατατεξένειν. Ο
ὅλως περιττός τείούτῳ δῖν, ἐπεὶ τὸν γε ἀστ
φὸν ἀνθί, καὶ τοι τεξότις καὶ ἀυτὸν ὄντες
καὶ ἐκκεύολον. ΛΦρ. οἰστρό^ς
τέκυον, πολλὰ ἐκεῖνον
ἐποξεύσες.

ΤΕΛΟΣ.

Haganor, per Iohan. Secerium.

Anno M. D. XXXI.

Mense Junio.



